




1. Dómi-ni est terra, et ple-ni-tú- do e- ius, \* orbis ter-



rá- rum, et qui há- bi- tant in e- o. Ant. Pú- e- ri...



*Flexa* : mundo corde, †

2 Quia ipse super mária fundávit eum \* et super flúmina firmávit eum. Ant. Púeri.

3 Quis ascéndet in **montem Dómini**, \* aut quis stabit in loco **sancto eius**? Ant. Púeri.

4 Innocens mánibus et mundo corde, † qui non levávit ad vana **ánimam suam**, \* nec iurávit in **dolum**. Ant. Púeri.

5 Hic accípiet benedictiónem a **Dómino** \* et iustificatió-nem a Deo salutári **suo**. Ant. Púeri.

6 Hæc est generátio quæréntium eum, \* quæréntium fáciem **Dei Iacob**. Ant. Púeri.

7 Attóllite, portæ, cápita vestra, † et elevámini, portæ **æternáles**, \* et introíbit rex **glóriæ**. Ant. Púeri.

8 Quis est iste rex **glóriæ**? \* Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in **próelio**. Ant. Púeri.

9 Attóllite, portæ, cápita vestra, † et elevámini, portæ **æternales**, \* et introíbit rex **glóriæ**. Ant. Púeri.

10 Quis est iste rex **glóriæ**? \* Dóminus virtútum ipse est rex **glóriæ**. Ant. Púeri.

*Omittitur* Glória Patri.